



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

Quæ subito exequenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

CAPVT XII.

Sigillatim subitò exequenda.

ECCELESIARVM, quæ in locis periculosis, & quæ latronū speluncæ sunt, destructio, & translatio.

Paulin. p. 1. c. 3. in fine.

Altarium demolitio, vbi faciendæ est.

Ex instr. Visit.

Altarium portatiliū confractio, si non ad mensuram.

Sepulchrorum, quæ extant, amotio.

Sepulchrorū obstructio, si loco prohibito.

Amotio bradellarum, & sedilium, & huiusmodi impedimentorum ab Ecclesia.

Item profanorum supellectilium, aut rerum.

Item locorum superiorum, vbi dormitur, aut habitatur, aut profana seruantur.

Dilaniatio corporalium, & purificationum indecentium ratione mensuræ, vel sordium, quæ purgari non possunt.

Item superpelliceorum, tobalearum, sacrorumque indumentorum, quæ in Ecclesia toleranda non videntur.

Item Missalium, & Breuiariorum indecentium.

Profanatio calicum, & patearum indecentium.

Clausio, & obstructio portarum lateralium.

Amotio arborum, vitium, stipitum, & huiusmodi à cœmeterijs, & ab alijs locis sacris.

Item ramorum incisio, quæ obsunt parietibus, vel testis Ecclesiæ.

Vbi autem fiat dilaniatio supellectilis Ecclesiæ, sicut etiam quando supellex nullo pacto vsui amplius esse potest, ipsam supellectilem comburi, ac eius cineres in Sacrarium proijci iubeat. Si

tamen ex veste sacra stola, vel manipulum elici potest, licet vestis illa benedicta fuerit, nihilominus, stola, manipulum benedicetur, quia est mutata forma, & particularis benedictio datur.

Quod de sedium amotione dictum est, quarum causa plura scandala oriuntur, & non habet locum in sedibus partronorum; quod intelligendum est, vbi est in vsu.

Soc. sub. nu. 26.

Arch. in c. vestimenta, de consecr. dist. 1.

Ensch. lib. 1. c. 27.

Petr. p. 2. c. 66.

CAPVT XIII.

De Ecclesiæ constructione.

QVONIAM aliquando in Visitatione de Ecclesiarum constructione agitur, licet delineatio à Præfecto fabricæ prius approbanda sit, & ab Ordinario confirmanda, quàm fabrica Ecclesiæ inchoetur.

Ex instr. fabricæ.

Hæc summatim colligenda duxi, quæ etiam ad ipsam Visitationem præcipuè

ad decreta conficienda proderunt.

Ecclesia sit instar Crucis arbitrio Archiepiscopi. Est enim forma magis conueniens; licet etiam rotunda construi possit.

Ampla pro capacitate populi, & aliorum ad diem festum confluentium; Mensura autè hominis est cub. 1. vnc. 8.

Parie-